RECUE[IL]
DE
VERS

DE L'UNIV[ERSIT]E

U
in 4°
65
SORBONNE

UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.
SIGB
Sibil
SU
Cote U 65 in-4
1153320433

H. F. u. 65.

~~D. X. 58.~~

N. 11. 55 pièces

titre

Recueil

de

vers

de l'Université

E

à relier en veau

Table générale des pieces contenues dans ce Volume

1. Du Boulay (P. E.) Illustriss. archiepiscopo Paris. restitutam in integrum valetudinem gratulatur.
2. Cathedra Roennea ab Jo. Roenno, Rotomagensi, nuper Lutetiae fundata, et uno in collegio sodalitioq; Sorbonae locata ad splendidiss. Nic. Virdunum.
3. Lenglet (de) Regiae musae sereniss. Delphino Xenium.
4. Lignières (de) De triumphali regis et reginae ingressu in Urbem Oratio panegyrica.
5. Sonnet à l'occasion du Panégyrique du Roy, prononcé par le recteur de l'Université de Paris, sur les rimes proposées par l'Académie de Tholoze.
6. Lenglet (de) Illustriss. Ludovico Phelypeaux de Pontchartrain Carmen.
7. id Magistri Antonii Haingues Bellovaci academici Parisiensis Apotheosis.
8. id In librum Joannis Quintinii De Cultu hortorum ex Gallico C. Perrault.
9. Illustriss. Viro Joan. Bapt. Colbert Schola harcuriana supplex.
10. Brodeau (J. S.) Ad Illust. abbatem Lud. Claudium De la Chastre, cum Theses philosophicas propugnaret. Ode.
11 Hersan. M. A. Sereniss. principi F. A. abbati a Lotharingia theses philosophicas defendenti carmen.
12. Fleury. (J.) Ad illustriss. abbatem H. C. Du Cambout de Coislin theses philosophicas pro Laurea artium in Regia Navarra deffendentem 1682. Ode.
13. Dufour (G.) Illustriss. viro M. Le Tellier cum nobiliss. ejus ex filia nepos L. d'Aumond de Villequier Theses philosophicas propugnaret in collegio Harcuriano. Ode.
14 Huilard (J.) Luxemburgica et ultima expeditio
15. Combard (A. L.) Lessus in Obitum M. Le Tellier.
16. Rollin (C.) Ad Illustriss. Virum F. M. Le Tellier Marchionem de Louvois cum ejus filius Camillus de Louvois, de Theocrito responderet Carmen.
16 bis Bosquillon Imitation en français de la pièce ci-dessus.
17. Lengletius Ad Musam, cum J. Juvencius ad gratulandum ecclesiae Parisiensi de pastore novo eleganti carmine invitaret. Ode.
18. Lenglet (de) Regi anglorum Jacobo Carmen.
19 Matthieu L. Magnanimo heroi Luxemburgensi duci, novam expeditionem Belgicam meditanti Victoriae Vaticinium.
20 Rollin (C.) Illustriss. abbati C. Le Tellier de Louvois cum Theses philosophicas tueretur. Carmen.
20 Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la Thèse qu'il dédie au Roy. Imitation des Vers latins de M. Rollin.

21. Rollin. (C.) Illustriss. abbati C. Le Tellier de Louvois, in tabulam ab eo regi dedicatam, cum theses philosophicas tueretur. Carmen.

21bis Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la thèse ~~qu'il~~ dédiée au Roy. Imitation des vers latins de M. Rollin

22. Morain (Ph.) Ludovico Magno, cum ei post expugnatum Namurcum illustriss. abbas C. Le Tellier de Louvois, theses philosophicas dedicaret. Ode.

23. de Bailly. (L.) Illustriss. henrico Feydeau de Brou, carmen panegyricum.

24. Couillard de Laval. (J.) Musae Marchianae doctiss. et clariss. D. Joan. Couture hendecasyllabi.

25. H. L. ..... In Ludovici magni orationem panegyricam quam dicebat Alexius Artus. Carmen.

26. Ogerdias (Dom Jer.) Traduction d'un poème latin fait à la gloire d'Armand Gaston abbé de Rohan de Soubisse à l'occasion du panegyrique de Louis-le Grand, par Fiot.

27 id Un second exemplaire.

28. Lenglet (de) Montes expugnati.

29 Fiot. Clarissimo viro Jacobo Leullier Carmen.

30. Fiot Ornatissimo Claudio Leullier carmen.

31. id Doctissimo et ornatissimo viro C. Rollin carmen

32. C. J. S. Clarissimo viro D. J. Couillard phaleucus.

33. Fiot. Clarissimo viro D. D. Salomoni Prioux, Carmen.

34. Ecclesia parisiensis catalaunensem ecclesiam solatur de adempto praesule querentem. Elegia.

35. Ad illustriss. L. A. de Noailles. Ode.

36. Symbolum heroicum.

37 Catalaunensis ecclesiae querelae post evectum ad sedem parisiensem illustriss. L. Ant. de Noailles. Elegia.

38. Pestel (P.) Saeculi ultimi prosopopaeia.

39 id La description du dernier siècle.

40 id Jacobo secundo Magnae Britanniae regi Mausoleum.

41 id Threni.

42. id In obitum sereniss. Philippi Borbonii aurelianensium ducis epigramma.

43 id Ad sereniss. principem D. Franciscum Rakotzi Dynasten Daciae, Carmen.

44. id D. O. M. Rhythmus.

45 id Ad nobilem et eruditum abbatem Petrum de Berulle cum publicas de universa philosophia theses propugnaret in Cardinalitio, Ode.

46 id In statuam regiam equestrem epigraphe.

47 id Ad Rectorem. Ode.

48. L. R. E. P. Orangius dictis, factisque cassus. Ex gallico Seraphini Regnierii.
49 Reverendiss. Car. Franc. Maurino. Ode.
50. In miserum grammaticum cui efflagitanti sua divina opera erudita, tersa, polita, aurea dederat D. D. Nicolaus Boileau Despreaux. Variorum epigrammata.
51 In reditum Philippi V ad hispanias. Ode.
52 Pestel (P.) ad Illustriss. Virum D. Nicolaum Desmaretz cum nobiliss. abbas Petrus Desmaretz ejus filius theses philosophicas palam propugnaret. Carmen
53 id. ad Illustriss. Virum D. Nicolaum Desmaretz, cum nobilis et eruditus abbas Petrus Desmaretz ejus filius publicas de universa philosophia theses propugnaret in Cardinalitio. Dialogus philosophia, Rhetorica
54. id. Fama.
55. id. Triumphus astreae, seu mariae adelaidis augustae pacificus in Galliam adventus. Ecloga.

N. 11. 53



AD ILLUSTRISSIMUM VIRUM

D. NICOLAUM DESMARETZ,

ADMINISTRUM REGNI,

ÆRARIO PRÆFECTUM,

Cùm Nobilis & Eruditus Abbas PETRUS DESMARETZ

EJUS FILIUS

Publicas de universâ Philoſophiâ Theſes propugnaret in Cardinalitio.

Die Jul. 24. an. Dom. 1710.

DIALOGUS.

PHILOSOPHIA, RHETORICA.

R. Quâ pompâ incedis hodie, Soror, quo gaudio exultas!
Quaſi Sponſa appares ornata viro ſuo:
Ut feſtis diebus Matrona geſtiens.

P. Quin potiùs quaſi arcus in nebulis, ut lilium inter ſpinas.

R. Hîc ſpinæ florent, ſpirantque delicias omnia;
Hîc Muſæ gaudent æterno vere. *P.* Verè.

R. Audis ut inter vireta Academi æmula
Dulci murmure ſenſim fremit Echo? *P.* Quo?

R. Tuis nempe Alumnorumque tuorum laudibus.

Philoſophiam vocales Ulmi Orpheo dignæ perſonant :
Philoſophiam pronus Artium Chorus adorat.
Tu nempe Veritatis Mater, Tonantis Primogenita.
P. Tu verò Suadæ medulla, Charitumque comes.
R. Per te is loquitur, cujus vox confringit Cedros:
Tecum regnat, per quem Potentes juſta decernunt.
P. Aures mirum in modum titillas & animos.
R. Mira cano ſed vera: Quid enim te latet?
A reptili ad hominem, à Cedro ad Hyſſopum noſti omnia.
Et quidquid parit Natura ſinu, concipis mente.
Ad Autorem Naturæ pergis audax :
Eumque firmo cernis obtutu, qui fixit in Sole tabernaculum ſuum.
P. Imò qui tenebras latibulum ſuum poſuit.
R. Ingenii modulo metiris immenſum, immotumque moves.
Quid dicam argutias Logicæ, modos argumentorum & nodos?
Quid vitæ Magiſtram Ethicen?
P. De me ſatis ſuperque. Vides nobilem eruditumque cœtum?
Noſti genus COLBERTI, redivivumque decus?
Scis quantûm Reſpublica debeat MARESIO? *R.* Scio.
P. In hunc manibus plenis tuos effunde flores.
R. Extemporaneum ego Carmen aggrediar?
P. Novum, rumpantur ut Ilia Codro, novum genus ede,
Inter Poëſeos leges medium, & Proſæ libertatem.
R. Inter olores ſtrepat anſer? aulicos inter ſcriptores abnormis ſapiens?
Nugas MARESIUS, floſculoſque Rhetoricos clamabit. *P.* Amabit.
R. Igneum Solis currum moderatur; quis accedat?
Sacramentum Regis mirè abſcondit; quis ſcrutetur?
Deorum fruitur colloquio: quis obturbet?
P. In hac mole negotiorum, ſtrepentem inter ſalutantium catervam,
Suus eſt & Muſis aditus.

Quo ſtudio hîc filium audit inter Philoſophos ovantem,
Eodem Domi, Bellona ſinat, Philoſophiam coleret.
R. Unde meliùs petat rei proſperæ decus, arduæ ſolatium?
P. Quâ manu flectit habenas rerum (quis credat?) libros voluit;
Socraticâque ſupellectili regiam illuſtrat gazam.
Dum ærario & annonæ invigilat,
Dum per ſubſidia belli viam aperit ad pacem,
Difficillimiſque poſt hominum memoriam temporibus
Spem Hoſtium per Herculeos labores ſenſim imminuit,
In gremio ſapientiæ identidem conquieſcere amat,
Et ad Permeſſi ripam ſedere.
R. Sic ſub umbrâ lauri olim feſſus Alcides:
Sic novi ad laborem gloriamque ſtimuli accedunt.
P. Quid, cum æquior Deus gentes diſſipabit quæ bella volunt?
Cum confringet arma, & flagella comburet igni?
Quis tum ſplendor in Religionem & Litteras,
Quæ in artes & Commercium opulentia,
Quod robur in omnes Ordines redundabit?
Ut cornu divite fluet copia luxurians!
Ut conſtans ſinceraque Fama celebrabit Mareſium!
Citra invidiæ metum adulationiſque labem,
Columen belli certatim paciſque lumen boni omnes prædicabunt.
R. Cum per ſe vir egregius emicat, tum per ſuos maximè.
Sub Principe militant tres filii, ſub Chriſto filiæ tres:
Fratres totidem triumphant, totidemque generi.
Pars ſedet in Conſiſtorio, pars Clero præſidet.
Illi fiſco allaborant, hi cœlo Fœnerantur.
Alii ad gloriam contendunt per honorum apicem,
Alii per Honoris contemptum;
Pro Rege prompti omnes aut pro grege animam ponere.

M. le Marquis de Maillebois Brigad. des Armées du Roy.
M. le Baron de Châteauneuf, Colon. du Reg. de la Marine.
M. de Marville, Mouſquetaire du Roy.

M. le Marquis de Goesbriant, Lieut. gen. des Armées du Roy.

3. D. Religieuſes dans l'Abb. d'Hieres.

M. de Vaubourg, Conſ. d'Etat.

M. de Bercy Intend. des Finances.

M. le Marquis de Bethune Colon. du Reg. de la Reine.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Piété exemplaire de Mad. l'Abbeſſe d'Hieres.

M. l'Ev. de Riez & M. l'Ev. de S. Malo, d'une vertu ſinguliere.

Splendent faſces inter mitras, inter ſecures litui:
Mixtæque liliis gentilibus lauri amicè conjurant.
Quid plura?
Certat cum nobilitate virtus, cum magnanimitate Pietas:
Ut ſi multis inter Heroas locus jam pateat,
Inter ſanctos quondam ſors aliorum futura ſit.
P. His Ductus auſpiciis, his exemplis accenſus
Quid non ſperet alumnus noſter,
Cui nunc applaudit urbis & aulæ delibatus flos?
Quò non evadat olim amplitudinis & gloriæ?
Luculentam ſpem, putas, fortuna fallet? *R.* Alet.
Ad arcis ædificationem
Habet & comites Artes Sapientia, & Fortunam ancillam

M. l'Abbé Deſmaretz nommé par le Roy à l'Abbaye Saint Benigne de Dijon, le lendemain de ſa These.

P. Ecce laureatum juvenis caput novam nititur ad laudem.
Jam infula lauro, jam victoriæ accreſcit adorea.
R. Quod aliis benignitas, hoc Mareſio juſtitia largita eſt: *P.* Ita eſt.
Imò benignè Princeps juſtèque omnia.
R. Erit aliquando, felix erit illa dies
Cum in Sionis culmine celebrabitur matura virtus,
Quæ adhuc tenera ad Parnaſſi radicem adoleſcit.
Et ubique locorum propagata increbeſcet gentis inclytæ laus,
Quam nobiſcum cecinit amica Echo hac in valle, *P.* Vale

PETRUS PESTEL, *Rhetoricæ Profeſſor, in Cardinalitio.*

PARISIIS,
Ex Typographiâ J. Quillau, Typ. Jur. Lib. Univ. 1710.
Cum permiſſu.